

Q. H. 148, 18.

Za
2905

DECANUS
COLLEGII THEOLOGICI
JO. FRID. MAYER, D.

Ad
Lectiones Cursorias Anti-Böhmianas
VIRI

Plurimum Reuerendi atq; Præcellentissimi

DN. M. JUSTI WESSEL.
RUMPÆL,

S. S. Theol. Baccalaur, Facult. Theol.
Adjuncti & ad D. Jacobi Concion. Sabbathic.

invitat,
Atq;

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE (SAALE)

SECKENDORFFII,

PER-ILLUSTRIS

de JACOBO Böhmio,

è mscr.

edit iudicium.

*Eigener Aufsatz von
Jac. Böhmie
Eigenthum des
Herrn Seckendorf*

GRYPHISWALDIÆ,

Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,

Reg. Acad. Typogr.

*

f. leg. M. H.



JESU FORTUNANTE !

PEr-Illustris Seckendorffii maximam, etiam illi, qui Jac. Böhmii, Sutoris Gorlicensis sputa lingunt, & sub specioso pietatis nomine ecclesiae imponunt, volunt esse auctoritatem. Consentimus in eo & nos, atque insignia Summi Viri in Republicam Literariam pariter atque Ecclesiam CHRISTI merita, cum cura veneramur, publica pietate & singulari affectu, quo ille nos, dum in vivis esset, persecutus fuit, adducti. Unicum tantummodo deploramus, candidissimam animam, fraudibus Pietistarum circa novissima circumventam, non diutius mortalium interfuisse rebus, quò Pietistarum hypocrisin atque imposturas, magis magisque justo DEI judicio se hodie, foricis instar prodentes, deprehendere, illisque anathema dicere potuerit. Vel enim maxime Seckendorffius, quod de se Cicero ad Quintum Fratrem Lib. I. Epistol. IV. dixisset: *Nullum est meum peccatum, nisi quod iis credidi, à quibus nefas putaram esse, me decipi.* Explicanti autem mihi nuper chartas meas, autographon Epistolae Seckendorffianae, ad Magnum Calovium perscriptae,

scriptæ, occurrit, sententiam de Jac. Böhmii scriptis Theologicis exponentis. Cujus copiam publicis dedicare usibus, oppido utile duxi.

Ita vero Seckendorffius ad Calovium: *Etsi anni non pauci transierunt, Vir maxime Reverende, Amplissime & Excellentissime, Fautor Honorande! cum & ceptum & intermissum inter nos est literarum commercium; Nulla tamen mihi causa est dubitandi de Constantia Tua erga me benevolentia; neque tue Excellentia, quin credat, me memorem Ejus & meritorum suorum in Ecclesiam DEI vivere, illique vegetam senectam, multos annos & faustos rerum successus precari. Cum in otio hoc meo, quod post excessum Optimi Heri Mei, Mauritii Saxonie Cizensis, mihi per singularem & rarissimam benignitatem DEI, non sine dignitate & commodo contigit, sacra studia recolo, quæ mihi à teneris amata, plusquam triginta annorum servitus in aulis pene interverterat, & cum amicis aliquando per epistolas ago, nata mihi est disceptandi causa de Jacobi Böhmii Görlitensis orthodoxia, quam Viri sane eruditi & pii asserere, aut in medio relinquere, quam in dubium vocare aut arguere, malunt; ego tamen (fateor) pro suspectâ & admodum incertâ, imo publice taxandâ habeo, nec mihi persuadere possum, inspirata esse divinitus homini, quæ ante eum impius nugator Paracelsus & Weigelius Fanaticus, tradiderunt: quamvis illis quædam non indigna lectu Böhmii immisceat, aut duriora emolliat. Multum jactant de approbatione aut excusatione Böhmii Dresde olim factâ, cum in Consistorio auditus esset, pervenitque ad me Exemplum Epistola à Magni Nominis Theologo, vov' év ἀγίοις, D. Wellero, ad Te ipsum d. 20. Octobr. 1657. scripta, sed Acta sive Protocolla, quæ vocant, quanquam, me rogante, diligenter Dresde inquisita, repertiri hucusque non potuerunt. Tuz vero Excellentia judicium cum*

in Pædia Theologica, tum in Opere Biblico, in præfatione Epistolæ ad Romanos non parum discrepat à D. Welleri lenitate. Ut tamēn proluxius mihi constaret de argumentis Excellentie tuæ, sedulo operam dedi, ut tractatum, ad quæ in præfatione jam dicta provocat, habere possim. Verum frustra sui hucusque, negantibus Bibliopolis talem extare: nec Amici Lipsienses invenire eum in scriniis suis potuerunt. Quapropter ad fontem accedere statui, & te hinc, quæ possim, amicissime rogare, ut mihi paucis operias, ubi vel commodatum illum accipere, vel emere possim, aut an forte nondum sit editus, quod aliquos intelligo suspicari. Interesset autem publici Ecclesiæ commodi, ut ederetur. Nescio enim, quæ prurigine non pauci nunc Böhmi libros sapius recusos, & in alias linguas versos, cum voluptate legunt, maximique faciunt, & se in iis, omnis pietatis intimioris & mystica theologia thesauros, deprehendere existimant, non indocti solum, qui Cerdones ipsi, à Cerdone, quæ ab Ecclesiæ Ministerio, doceri malunt, & ut graculi graculo assident; sed & docti, à quibus id minime speres. Legi dudum Böhmi quædam, sed ut difficiles nugas, aut horrida ex fumo Alchymistico & Theophrasti deliriis eruto vocabula tanquam Sibyllina Carmina aut Cabbalas Gnosticas fastidivi. Neque nunc tempus, rem omnium, senibus præsertim, pretiosissimam, evolvendis tot libris, quos minima ex parte intelligo, & si quæ sunt in iis bona, atibi dilucidius & orthodoxe tradita inveni, impendere velim. Imo postquam vidi, quæ ante annos 40. Christianus Becmannus Calvinizans ille quidem, sed profecto non indoctus, Exercitat. XXII. Theolog. commentatus est, & nuper etiam editum denuo Amstelodami brevem tractatum, sex libellis constantem, cui titulus: Der Weg zu Christo; tum introductionem in den Lillien-Zweig sive scripta Böhmi Joh. Theodori à Eschsch/

*Eschesch/ Silesi, percurri, omnis mihi cupido legendi reliqua evan-
nuit. Vidit Excell. Tua sine dubio, q̄a Dn. Antonius Reiserus,
Theologus Insignis, Hamburgi contra Robertum Barclajum, En-
thusiasten scripsit, & contra Böhmium in p̄fatione monuit. Au-
dio tamen, illum Becmanni, q̄vem & allegat, fidem secutum esse,
Böhmium ipsum forte non legisse. Et quis adeo prodigus temporis
facile esset, ut stercora ista plusquam Enniana scrutaretur;
q̄vāquam eam necessitatem impositum iri Pastoribus Ecclesiarum
metuo, ne serpat in populo fycophantia sub pietatis reconditæ
specie, non parum nocitura. Sed ego longius, quam constitueram,
prolabor. Caput est desiderii mei, ut Excell. Tua, me de tractatu
illo suo, ut petii, instruere velit: Responsum, quo me dignabitur,
vel ipse etiam liber, meo sumtu Lipsiam mitti potest ad Joachi-
mum Goring/ mercatorem non incelebrem, per q̄vem recte ad
me curabitur. Vale Venerande Antistes! & in precibus tuis com-
mendatum habe*

Max. Rever. Excell. Tuæ

*Meißelwitz, in pradio & oppi-
dulo meo, prope Altenburgum*

d. 3. Mart. 1684.

deditum omni studio & officio

V. L. v. Seckendorff.

IN DORSO.

Dem Hoch-Ehrwürdigen/ Großachtbahren/ und
Hochgelahrten Herrn ABRAHAM. CALOVIO, SS.
Theol. Doctori, Prof. Primario, General-Superinten-
denten des Chur-Krānses/ und Assessorn des Consistorii
zu Wittenberg/ Meinem Hochgeehrten Herrn;

Wittenberg. *Quæ*

A 3

Qvæ de eruditissimisque Viris, qui ab omni de Böh-
mii scriptis ferendo iudicio sibi temperabant, hic scribit,
inter illos principem obtinebat locum Dn. Spenerus, in-
tima familiaritate Seckendorffio junctus. Hic tempo-
rem suum adeo non dissimulabat, ut responso, tunc tem-
poris Islebiensibus dato, in causa Ministri verbi, Böh-
miana maxime publice commendantis, & ad Facultatem
Wittebergens. Theolog. à *Ræfere* Superintendente Co-
mitatus Mansfeldens. Generali transmissio, manifeste
proderet. Cui nos, Collegii Theologici, ea ætate As-
sessores, *Calovius*, *Qvensiedius*, *Deutschmannus*, Ego, meli-
ora adhuc de Spenero sperantes, modeste contradixi-
mus. At mentem suam mutavit nunquam Spenerus.

Literas vero Welleri ad Calovium b. m. scriptas,
quarum hic mentionem injicit, illas supposititias esse o-
lim evicimus in scripto: **Abgenöthigte Schutz-Schrift
wider Herz D. Spenern/** (nomine & voluntate Ministe-
rii Hamburgensis elaborato & edito) ex notis Criticis:
Quod Calovium nunquam *filium* nominaverit *Wellerus*,
ceu ficta hæc voluit epistola, sed semper Fratrem; lite-
ris authenticis, quarum non exiguam copiam posside-
mus id confirmare licet: quod hanc appellationem neque
ætas, neque officia, quæ paria ferme utriusque erant,
ferat; quod latino idiomate literarum commercium ex-
ercuerint ambo, hæc vero germanice scripta sit epi-
stola. Addamus nunc, quod à Welleri, veritatis divinæ
amantissimi, & fanaticorum intensissimi hostis animo;
prorsus aliena sint. Vide de his literis Erasmi Francisci
**Gegenstrahl der Morgen-Idiote in Erörterung der XVII.
Aufgabe.**

Aufgabe Hinc de epistola etiam illa intra dentes tantummodo mustitat Spenerus im Theologischen Bedencken/ über den von einigen des E. Hamburgischen Ministerii publicirten neuen Religions. End ad Q.4. n.4.

Nos vero, quam de Böhmiö Perillustris Seckendorffius hac epistola tulit sententiam, constanter tenemus, neque quæ scripto supra allegato tunc temporis judicavimus, nunc quidem mutamus:

Es entschuldiget und befreyet nicht einen Autorem; also insonderheit Jacob Böhmen / von der Verdammnis / daß Er von Göttlichen Geheimnissen so dunckel geschrieben / daß man seines Verstandes nicht gewiß werden könne. Denn diese Dunckelheit ist (a) eine böshafftige Dunckelheit. Es hat GOTT seine Geheimnisse deutlich und klar vortragen lassen / sich so gnädig herabgelassen / und mit uns wie ein Vater / so sein Kind wil reden lernen / gelallet! Wozu / da Gott deutlich mit uns von sich redet / ist denn die teutschen Geheimnisse dunckel und schwer zu machen / daß man davon nichts verstehe / nöhtig? Sind wir denn dieser grossen Gnade schon müde und überdrüssig / und wollen gerne im Finstern wandeln / da uns GOTT das helle Licht auffgehen lassen? (ß) eine Teuffliche Dunckelheit / GOTT ist ein Vater des Lichts und nicht der Finsterniß / daher / welche Lehrer der Geist Gottes getrieben / diese haben hell und deutlich geschrieben / JESUM recht vor die Augen gemahlet; Aber Satan hat sich allemahl bemühet / das Licht des Evangelii zu verdunckeln: Und was ist Wunder / Er ist ein Fürst

Fürst der Finsterniß. Es werden dem Hn. Doctori die Eleusinia sacra bekind seyn / und von wem sie her stammen? (2) Eine zur Seelen-Verderbuis gereichende Dunkelheit. Denn es weichet dieselbige ab von dem Fürbilde der heilsamen Worte / darüber Paulus zu halten / so eyferig seinen Timotheum ermahnet / 2. Tim. I. 13. Halte an dem Fürbilde der heilsamen Worte / die du von mir gehört hast vom Glauben / und von der Liebe in Christo IESU. Diesen guten Beylag bewahre durch den heiligen Geist / der in uns wohnet. Wer aber von solchen abgeheth / der wird von GOTT verflucht / der wird von der ganzen Kirchen verfluchet. Nun höre man nur etliche Jacob Böhmens Reden. In der Morgenröthe schreibt Er also: c. XII. p. m. 131. Lucifers Revier / Ort und Raum mit seinem ganzen Heere / darinnen er ist zur Creatur worden / und das sein Königreich gewesen ist / das ist der erschaffene Himmel und diese Welt / darinnen wir mit unserm Könige Christo IESU wohnen. Denn unser König sitzt in Göttlicher Allmacht / gleich wie König Lucifer saß auf dem Königlichen Stuhl. Des verstorbenen Lucifers, und des Königs Lucifers Königreich ist nun seine worden. Fürst Lucifer wie schmeckst du das? Redet so die Schrift? Saget sie / daß Lucifer oder der Teuffel in der Göttlichen Allmacht geessen? Saget sie / unser IESUS sitze in Göttlicher Allmacht wie Lucifer? Unser IESUS sitze auf dem Stuhl des verlornen Lucifers? Erschreckliche Redens-Art! die ohne

ohne Schauen nicht von einem Schrift-verständigen kan angehört werden / welche aus dem Teuffel den wahren GOTT selbstn machet. Welches denn auch Böhme nicht laugnet in seiner ersten Apologia wider Balthasar Tilcken / p. 299. edit. nov. Mein Herz Pasquill. woher wolt ihr denn nun den Verstand der Teuffel nehmen? Ihr wolt nicht gestehen / daß der Teuffel ein grosses Theil der Gottheit nach des Vaters Natur sey / da Lucifer doch von Christo selber ein Fürst genennet wird. Nun so ihr das nicht wollet gestehen / so zeiget mir eine andere Natur an. Redet so die Schrift? Grausame Reden! So muß ein Theil der Gottheit gesündigt haben; ein Theil der Gottheit muß GOTT lästern; ein Theil der Gottheit muß in der Hölle ewig brennen! Welch ein elender GOTT muß der Böhmische Gott nicht seyn / der seine Gottheit nicht erhalten kan! Herz D. Spener antworte darauff / ob diese Worte nicht verdammlische / wieder Gottes heiliges Wort laufende / und die Gottheit schändende Worte seyn? Und wenn Jacob Böhme nicht mehr / als diese Wort geschrieben: So wären solche Bücher des höllischen Feuers würdig / weil sie den Teuffel zu GOTT machen / er verseehe und lege sie auch hernach aus / wie er wolle / die Redens-Art ist teuffelisch.

Ferner solte diese verdammlische Schreib-Art Jacob Böhmen so ungenossen hinausgehen / und wegen ihrer Gottslästerlichen Duncelheit entschuldiget werden; So fragen wir; Ob hiedurch nicht einem jeden die Freyheit gegeben

gegeben werde/ nach seinem Gefallen/ohne Betrachtung und genauer in Achtnehmung der heiligen Schrift/ die Geheimnisse vorzutragen? Was wolte endlich daraus entstehen? Dieses wären leichte Mittel dem Satan/uns die Erone der wahren seligmachenden Erkenntniß zu rauben. (Dahero dann/wann dunckel/ und nicht mit denen Worten der Schrift/ man in der Kirchen lehren wollen/ die eiffrigen Väter dessentwegen Sie nicht passiren liessen/ sich wenig daran kehrten/ sie verstünden solche muthwillig gesuchte dunckele Schriftē oder nicht; Nein/ sondern sie haben sie verflucht/und als Ketzerische verdammet.) Verstanden auch wol die Väter/ was die Gnostici mit ihren verdunckelten Jao, Saclan, Daden, Jaldabaoth, Elilæus, Barbero, haben wolten? Wir sagen nein! und dennoch verdaminten sie solche dunckle Reden; Man sehe Epiph. aduersus hæreses Lib. I. Tom. 2. Hærel. 26. Dieses thun wir auch bey Jacob Böhmen/ und weil er muthwillig nicht hält an dem Fürbild der heilsamen Worte/ weil Er nicht bringet die Lehre/ wie sie uns Gottes Wort fürleget/ verwerffen wir billig seine Schriften/ und schelten Ihn als einen Irr-Geist/ nehmen Ihn nicht zu Hause und grüssen Ihn nicht/ 2. Joh. v. 10. Und schliessen wir also: Entweder Jacob Böhme hat nicht schriftmäßig und deutlich schreiben können/ oder hat nicht Schrift-mäßig und deutlich schreiben wollen. Hat Er nicht Schrift-mäßig schreiben können/ so hätte Er sein Schreiben sollen bleiben lassen/ als der dazu keinen Beruff gehabt/ und wäre für Ihn und seine Leser/ sein Stillschweigen besser gewesen/ indem Er ganz verwe-

verwegener Weise mit seinen Schrifften dem Leser einen Anstoß gesetzt/ und sich für seinem Gott nicht gefürchtet. Und hätte der Schuster/ als auch Herr D. Spener gedenccken sollen/ was der alte/ ehrliche Theologus D. Urbanus Rhegius in seinem Tractat de Formulis caute loqvendi erinnert: Es sollen sich die **Schuster** Theologische Bücher zu schreiben nicht unterfangen/ weil es ihnen an Vermögen mangle/ ein so hohes Werck auszuführen. Seine Worte lauten also: *Sed est etiam in Ecclesia alia eruditio, quæ vocatur donum Prophetiæ, quò dono donantur non omnes Christiani, sed qui ecclesiis docendis præficiuntur, ut Scripturas sanctas exponant ad adificationem, adhortationem & consolationem, cujus mentio fit 1. Cor. 14. Hoc donum non est omnibus cerdonibus, Sartoribus & NB. NB. (Sutoribus) cum Apostolis commune, quò qui carent, non debent docere in Ecclesia, sed docentes reverenter audire, ut Apostolus ait: qui non est interpretes taceat in Ecclesia, interim sibi ipsi loqvatur & DEO.* Hat er aber schriftlich und deutlich schreiben können/ und nicht gewolt/ so leuchtet hierinne seine Bosheit und gering-Achtung des Wortes Gottes herfür/ 2c. 2c.

Uicum jam addo, ne quidem ipsos Chymicos vesanum hominem intelligere. Ita enim SCHERZERUS meus ad Calovium d. 16. Febr. 1683. *Qua in præfatione ultimi Tomi de Tractatu contra somnia Jacobi Böhmi memini. J. S. R. M. haut dubie Reiserulum quondam nostrum concernunt. Scriptum vero an prodierit, me hæcenus latuit. Mirari satis non possum, qui fieri queat, ut istis nugis vanissimis quisquam sana mentis homo capiatur aut delectetur. Certe, quæ ex Chymicis*

*micis blaterant, ipsimet non intelligunt, & stolidissime ad Scri-
 pturas detorquent. Ego, non plane in Chymia hospes; nunquam
 vel tantillum sani deprehendere potui. Et facillimum foret (si
 mea id Professionis foret) ostendere, quod non quadrent & illæ
 ruge principis Spagyrica Artis.*


Sed nolo plura. Voluit enim Facultas nostra, ut
 pluribus è Cathedra publica de Sutoris hujus Mataeo-
 logia disereret, illisque discursibus Licentiam sibi
 acquireret, Summos in Sacrosanctæ Theologiæ studio
 consequendi Honores, Vir certe Doctissimus, & ex
 publicis dissertationibus adversus Novaturientes Cla-
 rissimus, Plurimum Reverendus Collegii Theologici
 Adjunctus, & ad Divi Jacobi Ecclesiastes, DN. M.
 JUSTUS WESSEL. RUMPÆUS. Ad quem audi-
 endum, RECTORIS ACADEMIÆ MAGNIFICI, Senatus
 Academici, Hospitum Honoratissimorum, qui sacris
 nostris interesse solent, Studiosæ Juventutis Concio-
 nem, ea qua fas est, humanitate, convoco
 atque ambio.

P. P.

Dom. X. post Trinitat.

A. O. R. M. DCC. VII.





B.I.G.

Farbkarte #13

Q.K. 148, 18.

DECANUS
COLLEGII THEOLOGICI
JO. FRID. MAYER, D.

Za
2905

Ad
Lectiones Cursorias Anti-Böhmianas
VIRI

Plurimum Reverendi atq; Praecellentissimi

DN. M. JUSTI WESSEL.
RUMPÆL,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE (SAALE)

S.S. Theol. Baccalaur, Facult. Theol.
Adjuncti & ad D. Jacobi Concion. Sabbathic.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

invitat,
Atq;

SECKENDORFFII,
PER-ILLUSTRIS

de **JACOBO Böhmiö,**
è mscr.
edit judicium.

*Defensio Haereseß von
Jac. Böhmii
von Joh. Hoyer d. J.
in Quind.*

GRYPHISWALDIÆ,
Typis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,
Reg. Acad. Typogr.

* fleg. M.H.